

第 10 卷



---

---

PEREZII  
IN  
Instituta

---

---

KJA2012

.A34

A4

1776

c.1

José Angel Benavides.

300



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
CAPILLA ALFONSO DE BUIARTECA UNIVERSITARIA

6 | Dic 12 | MICROFILMADO R-13



1080044564

5106 RICORDI PAVDO  
CIVITATE VINCENZIA MUSEUM HISTORICUM  
CIVITATIS VINCENZIAE VOLONTARIUM DE MUSEO TROIA

ANTONII PEREZII J.C.

S. C. & R. Majest. Consiliarii, in  
Academia Lovaniensi

JURIS CIVILIS ANTECESSORIS,  
INSTITUTIONES  
IMPERIALES  
EROTEMATIBUS,  
DISTINCTÆ,

Atque ex ipsis principiis regulisque  
Juris, passim insertis, explicatæ.

EDITIO NOVISSIMA

*Post varias Editiones externas denuò re-  
visa & à mendis purgata ad Exemplar  
originalis Lovaniensis.*

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Apud Michaëlem Escribano.  
Anno M.DCC.LXXVI.

*Sumptibus Regia Societatis.*

46345

ANTONII PEREZII J. C.

S. C. & R. Majest. Consilarii, &c.  
Academiae Lovanien. Jurisconsultorum

KJA 2012

A34

A4

1776

JURISCONSULTORUM  
INSTITUTIONES  
IMPERIALES  
EROTEMATICAS

DISTINCTAE

Aliae ex ipsius principibus repetuntur  
Juris, quaedam insensis, explicantur.

EDITIO NOVISSIMA

Post hanc Editionem, exterae dicitur  
et a mendis purgata in Belgio  
republica Lovanien.

Superiorum Firmisset

MARITTI: Apud M. de Brouckere  
Anno M. DC. LXXVI.

ANTONII PEREZII J. C.

S. C. & R. Majest. Consilarii, &c.

AD LECTOREM

PRÆFATIO.



N Lucem evulgamus, benigne Lector,  
nova Institutionum Erotematica. Quid  
hoc, ais, novi? Nonne Cujacius, Ju-  
lius Pacius, Marcellinus, Vultrius,  
aliique viri praestantissimi, Nosas  
brevesque expositiones edidere? Fatear. Sed illi si-  
bi, aut solum doctis scribere se profitentur. Ego ve-  
ro ad omnes hujus mei laboris fructum aliquem per-  
venire cupio; eoque ita rudiores instrui, ut doctis  
quoque non improbetur. At, inquit, scripsit &  
nuper Wolfius Erotematica, saepius recens. Sic est: sed  
nuda sunt, vix ullam in iis textus rationem subjan-  
xit. Hic vero sensa textus, ac Juris Regulas permix-  
tas habes, itemque rationes ex principibus Juris de-  
promptas: qua si minus placeant, reprehendendi sunt  
Juris nostri Conditores, atque optimi hujus avi In-  
terpretes, è quorum hortis hos flores decerpsi. Quod  
inustratum videri non poterit: praecipit enim Fabius,  
apes nobis imitandas, qua diutius vagantur, ut flo-  
res carpant; postea, quidquid collegerunt, disponant,  
favisque suis inferant, ac secum tandem proprii oris



spiritu in dulcissimum mellis saporem convertant. Collegi & hac in usum studiosa juvenutis, cui perspicuâ brevitate prodesse sum conatus. Ordinem textus sequi placuit; quia satius rectam viam tenere, quam per ambages ad meram pervenire. Inutiles, & tribunali magis aptas controversias omisi; quia praecox festinatio, qua gradus non facit, & cruda adhuc studia in forum propellit, maximum perfecti operis impedimentum est. Ut planè purem illorum esse otium ignobile, qui Institutiones Juris quaestionibus, & longissimis onerant Commentariis; cum commodissimè hac levi, & simplicis via intelligi, tradique posse videantur. Nam, ut praemittit Justinianus, si statim ab initio rudes, & infirmi studiosorum animi, multitudine & varietate rerum onerentur; vix fieri potest, quin in ipso limine, ab hoc studio deterreantur. Qua me ratio potissimum impulit, ut ad exponendum contextum potius, quàm ad interpretandum, operam conferrem, & Republica etiam vel hac ratione prodessem, si nostro labore aliquid discerent, qui illam aliquando sunt recturi.

SUM-

## SUMMA PROOEMII JUSTINIANEI.

*Quid sunt Institutiones?*

**S**UNT Legalis seu totius legitimæ scientiæ prima elementa, (1) in quibus breviter expositum est jus, & quod antè obtinebat, & quod desuetudine innumbratum Justinianus in usum revocavit. Dicitur Institutiones, quasi instructiones elementariæ, ad doctrinam altiore, & difficiliorem.

*Quando compositæ?*

Id constabit, si observaveris, quo ordine Jus omne vetus digestum fuerit, & in lucem exierit. (2) Nam cum id antè diffusum confusumque nimis esset, Justinianus in luculentam erexit consonantiam.

Igitur indictione 7. anno imperii sui tertio, Codicem unum Constitutionum Imperialium edidit. Anno quinto post, nimirum Indictione 12. in libros 50. Digestorum immensa veteris prudentiæ volumina digessit. Ex quibus, ac præcipuè ex Commentariis Cui, hæc Institutiones compilavit. Deinde,

A 3

dè,

(1) §. Igitur in Prooemio. (2) §. Omnes.

4  
de, Indictione 13. Codicem priorem emendavit, additis, detractisque quamplurimis: quem propterea vocant *Codicem repetita litionis*. Accesserunt postea Novellæ Constitutiones, quas post emendatum Codicem evulgavit.

*In quos libros hæ Institutiones sunt divise, & per quos?*

In quatuor libros eas Justinianus partiri jussit. (1) Idque per Tribonianum, Theophylum, Dorotheum, viros illustres & facundissimos: quorum solertiam, & legum scientiam ex multis rerum argumentis jam antea perspexerat.

*Habentne vim legis?*

Omnino. (2) Nam ubi Justinianus à prædictis tribus prudentibus oblatas sibi Institutiones legit & recognovit, plenissimum robur suarum Constitutionum eis accommodavit: ita ut non minorem habeant auctoritatem, vimque obligandi, quam ceteræ Juris partes: quæ tamen cum non eodem tempore omnes sint editæ, si quid contrarium occurrerit, id servatur, quod in legibus: ut nimirum tempore posteriores sint potiores his, quæ eas præcesserunt. (3)

*Quæ est Institutionum materia?*

Jus personarum, Rerum, & Actionum, Jus personarum traditur lib. 1. Jus rerum, 2. & 3. Actionum, 4. Rursum hoc jus in Acquirendo, Conservando, aut Minuendo consistit. Acquirunt, conservant, & minuunt Personæ: de quibus idè primo libro agitur. Acquiruntur Res variis modis, & eisdem in contrarium actis amittuntur: de quibus lib. 2. & 3. Conservantur Actionibus: de quibus lib. 4. à tit. 6.

INS-

(1) §. *Enumque*. (2) §. *Quas*. (3) *L. ult. ff. de Const. pr.*

INSTITUTIONES  
IMPERIALES,  
EROTEMATIBUS  
DISTINCTÆ ET EXPLICATÆ.

LIB. I. TIT. I.  
DE JUSTITIA, ET JURE.

*Quid est Justitia?*

*ST* constans & perpetua voluntas jus suum cui, ne tribuendi. (1) Hoc est, est habitus, quo perpetuo & firmo judicio voluntas faciliè & promptè fertur, ad tribuendum cuique suum: quod est officium hominis justî, & ipsius Justitiæ opus.

*Quæ Justitia hîc definitur?*

*Particularis*, seu quæ privatim ad alium refertur,

A 4

quæ-

(1) *In pr. b. & l. 10. b. tit.*